

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3828

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1277, août

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de Savigny de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans dans le baillage de Coutances.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 894, p. 211-212.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod cum religiosi viri abbas et conventus monasterii de Saveigneio, Cisterciensis ordinis, Abricensis diocesis, finaverint cum baillivis nostris Constantini et Cadomi, finationem hujus modi pro nobis recipientibus, super retinendis perpetuo sibi et monasterio suo predicto acquisitis per ipsos religiosos in baillivis antedictis in feodis et retrofeodis nostris a XXX annis citra, que acquisita in baillivia Constantini sunt hec : videlicet, ex dono Gilonis d'Espromesnil, unum quarterium frumenti redditus ; item, ex dono Gaufridi de Moncellis, II quarteria frumenti redditus, et II galline ; item, ex dono Thome de Praellis, XL solidi turonenses redditus ; item, ex dono Johannis Le Becon, XII denarii redditus ; item, ex dono Radulfi de Sancta Maria, X solidi redditus ; item, ex dono Roberti presbiteri, L solidi redditus ; item, ex dono Hugonis Couldabé, V solidi redditus ; item, ex dono Guillelmi de Roveulle, dimidium quarterium frumenti redditus ; item, ex dono Richardi Le Sage, X solidi redditus ; item, ex dono Guillelmi de Bussentier, IIII solidi redditus, siti super dimidiam acram terre ; item, ex dono Fraalini, militis, XII solidi redditus ; item, ex dono Petri Bernardi, IIII solidi redditus, super dimidiam acram tere (sic) ; item, ex dono comitisse Marchie, C solidi redditus in feodo d'Agunz ; item, ex venditione Gaufridi Le Cornier, I boissellus frumenti redditus ; item, ex venditione Ricardi Bernardi, XII denarii redditus, super quandam peciam terre ; item, ex venditione Galteri de Pirou, II boisselli et dimidius frumenti, et I gallina redditus ; item, ex venditione Guillelmi Pepin, II solidi redditus super dimidiam acram terre et quoddam pratum ; item, ex venditione Rogeri Tourgis, II solidi redditus super unam peciam terre ; item, ex venditione Guillelmi Pepin, X solidi redditus super V virgatas terre ; item, ex venditione Guillelmi Stulti, IIII solidi redditus super I peciam terre ; item, ex venditione Roberti Guimont, III solidi super unam peciam terre ; item, ex venditione Johannis de Ruppella, XXVIII solidi redditus ; item, ex venditione Nicholai Hiviline, X solidi redditus super unum clausum ; item, una pecia terre, sita apud Valvam, valens circiter IIII solidos redditus. Hec sunt acquisita in baillivia Cadomi : videlicet, apud Thane, ex venditione Roberti de Argentiis, III sextaria frumenti ad mensuram dicte ville ; ex venditione Symonis de Bovilla (ou peut-être : Bouillone), apud

Thane, III quarteria frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Mathonem, ex dono Johannis Le Franc, I mina frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Mathonem, ex venditione Guillelmi Revel, I sextarium frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Crissetot, ex dono Agnetis La Brete, II sextaria frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Lesbise, ex dono Ricardi de Vasconia, III quarteria ordeï ad mensuram de Cadomo ; item, apud Molinellos, ex dono Richardi de Molinellis, III sextaria et I quarterium frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Columbarias super Seullam, ex dono Thome Arnaudi, unum quarterium frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Bajovillam, ex dono Hervei filii Salomonis, quasdam terras et unum quarterium frumenti redditus ad mensuram dicte ville ; item, ibidem, ex dono Gaufridi de Thalamo, I sextarium frumenti ad mensuram dicte ville ; item, ibidem, per permutationem, à Gaufrido de Bosco, milite, tres mine frumenti ad mensuram dicte ville ; item, apud Hontamvillam, ex dono Henrici de Hontavilla, III virgate terre et V denarii redditus ; item, apud Villers le Fossart, ex venditione Guillelmi le Selier, II bosselli frumenti ad mensuram dicte ville ; item, ibidem, ex venditione Roberti Piquenier et fratrum ejus, III boisselli frumenti ad mensuram dicte ville ; item, ibidem, ex venditione Tiberti d’Espinetes, II denarii, I boissellus frumenti ad mensuram dicte ville ; [item, ibidem], de dono Thome Fouque, VII solidi quos dicti religiosi solvebant eidem Thome, pro quadam terra quam tenebant ab ipso ; item, apud Couvenz, de venditione Bartholomei Renardi, III quarteria frumenti ad mensuram de Vilers ; item, apud Melflam, de venditione Unfredi Bernardi, I quarterium frumenti ad mensuram dicte ville ; item, ibidem, ex dono Radulfi de Melfla, unus boissellus avene ad mensuram dicte ville ; item, ibidem, ex dono Nicholai Renardi, II boisselli frumenti ad mensuram dicte ville ; item, in molendino de Blaigneio, ex dono Asculfi et Petri Ruant, militum, L solidi redditus. Nos, predictam finationem ratam habentes et gratam, quantum in nobis est, eisdem religiosis concessimus, quod omnia predicta acquisita possint tenere in perpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini M° CC° LXX° septimo, mense Augusto.